



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CXXVIII. Joannes XI. Anno Christi 931. Constantini VIII. 20. Cum Romano.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

CXXVIII.

JOANNES XI.

ANNO CHRISTI 931.

CONSTANTINI VIII. 20. CUM
ROMANO.

JOANNES XI. *Marozia filius, quem*
ex Sergio III. Papa meretrix ipsa
 genuerat, (1) anno 931. circa Idus
 Mart. Pontifex constitutus est poten-
 tia Vidonis Tusciæ provinciæ Mar-
 chionis, cui Marozia nupserat. Sui
 juris nunquam fuit. Nam modò
 paruit imperio matris, modo vitrici
 Hugonis Regis Italiæ, qui cum Ma-
 rozia, mortuo Vidone marito fra-
 tre Hugonis uterino, incestum ma-
 trimonium contraxerat: tandem in
 custodia habitus est ab fratre Albe-
 rico Vidonis & Marozia filio, qui,
 Hugone extincto, Romæ tyranni-
 dem occupaverat. Hinc cum Albe-
 rici, quàm Joannis auctoritatem
 vimque majorem esse, cognovisset
 Romanus Lacapenus Constantini
 VIII. jam ab anno 919. in Imperio
 Orientis collega, Albericum sibi, &
 filio suo Theophylacto, quem con-
 stituerat Patriarcham Constantino-
 Sandini Vitæ Pontif. LI polis,

Bar. an.

931. §. 1.

Pag. §. 1.

Bar. an.

933. §.

I. 3.

Pag. §.

I. 2.

Bar. an.

934. §. 1.

polis, studuit demereri. Itaque missi
 ei muneribus satis magnis, effecit, ut
 ex Papa nomine Theophylacto Patriarcha
 littera mitterentur, quarum auctoritate
 cum ipse, tum successores ejus absque Pa-
 parum permissu pallii uterentur. Ex
 quo turpi commercio vituperandus non
 inolevit, ut non solum Patriarcha, sed
 etiam Episcopi totius Græcia pallii uterentur.

Bar. an. tur. (2) Vitæ supremum diem Jo-
 936. §. 4. annes egit anno 936. initio mensis
 Pag. §. 6. Januarii, annis quatuor & mensibus
 ferme decem, postquam Pontificis
 personam gerere cœperat.

ANNOTATIONES.

Luitprandus Lib. 3. De rebus Europæ
 sui temporis cap. 12. apud Baronium ad
 an. 931. §. 1. & apud Duchesnum tom.
 3. pag. 598.

(2) Idem Luitprandus in *Legatione ad
 Nicephorum Phocam*, inter Scriptores re-
 rum Italicarum tom. 2. pag. 488.

Bona Lib. 1. Rer. Liturgic. cap. 24. §. 16.
 Pallium Latinum solis Archi-Episcopi
 tribuitur: Græcum omnibus Episcopis
 commune est, qui illud deponunt, cum
 Evangelium legendum est, & reassu-
 munt paulò ante communionem.